Universitätsbibliothek Paderborn

# Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxix. Si canem asilus momorderit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Visual Library

*Si canem aſilus momorderit.*

SIlueſtrem rutam, ſeu inguinalem, incendito, ac locum, quem tabanus morſu impetiuit, fumo lenito, & aceto inungito.

*Ad curandam exulcerationem ſeu cicatricem.*

LYthargirium cum ſpuma nitri vbi combuſſeris, terito; hiſque admiſce mel & acetum; quibus deinde exulcerationem tamdiu inunges donec coeat.

*Si vapularit canis nec vbi doleat cognoſcere poßis.*

ADuerſus ſolem conſtitue canem, & in locum læſum muſcæ conuolabunt, atque ſic locum dolentem deprehendes; ipſum vero locum calida fouebis, atque hordei farinam calefactam & permixtam ſtercori bubulo ac fuſcæ, impones.

*Ad ſcabiem.*

CEruſſam, reſinam ſeuum bubulum & butyrum lentiſco vna miſcens, coquito, ac ſic canem inungito.

*Aliud.*

Accipe ſeuum caninum aut erinaceum, & in olla noua liqua, ac vbi videris exi-